

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 6: De ipocrisis (10)

Gregorius:

Plurimumque ipocrita pane sacri eloquii erudiri studet,  
non ut ex eo vivat, sed ut doctus appareat.

**Panis eius in vtero.**

Plerumque hypocrita pane sacri eloquii erudiri studet.  
non vt ex eo viuat: sed vt doctus appareat.

*Glossa ordinaria, liber Iob, 8 marg.* (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Vel certe quia panis scripturae sacrae intelligentia non inconuenienter accipitur, quae mentem reficit eique boni operis uires praebet, et plerumque hypocrita etiam sacri eloquii erudiri mysteriis studet; non tamen ut ex eisdem uiuat, sed ut ceteris hominibus quam sit doctus appareat; panis eius in utero illius in fel aspidum intrinsecus uertetur, quia dum de sacrae legis scientia gloriatur, uitae potum conuertit sibi in uenenī poculum; et inde reprobus moritur unde ad uitam erudiri uidebatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15.13 (CCSL 143A,  
M. Adriaen ed., p.757, ll.15-23).